



Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

Svmmarivm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

tiones non sit diffinita, clero biennio non habet locum appellatio, ut per eandem sacram congreg. super eo cap. 20. fuit declaratum, in §. an hoc decretum quo.

Excipiuntur tamen primò adicta regulæ omnes + causæ, quæ juxta canonicas sanctiones apud Sedem Apostolicam sunt tractandæ, vel quas ex urgenti, rationabili que causa judicaverit P'pa per speciale rescriptum manu sua propria subscribendum committere, aut avocare, ut per concil. Trid. eod. c. 20 §. ab his excipiatur.

Secundò, quando per + Breve Aposto-
74 licum capitur possessio beneficij, & aliqui volunt illius executionem impedire, tunc etiam in prima instantia potest causa in Romana curia tractari, quia Auditor Cameræ simillimum causarum est judex competens: congreg. conc. super eo. cap. 20. in decis. sub tit. Vtixbonen.

Tertiò, ratione celebrati + contractus, & etiam delicti commissi, quia concilium non iustulit modos legitimos, quibus quis ex juris communis dispositione sortitur forum ea. congreg. conc. super eod. cap. 20. §. congregatio censuit. ratione enim contractus, vigore obligationis cameralis, si quis in Romana curia obligatur, undecunque veniat, & sit oriundus, sortitur forum

curiæ Romanæ, in qua contractus celebra-
tur. Galel. in tract. ad form. obligat. cam.
ad 3 par. oblig. q. 2. num. 2. & 3.

76 Quartò excipiuntur + causæ beneficiales, in quibus tractatur de beneficiis affec-
tis, vel reservatis, quæ etiam in Romana curia in prima instantia introducuntur, &
cognoscuntur, ut per eandem congrega-
tionem super eod. cap. 20. fuit decisum,
in §. quod si vel de effectu. Et quemadmo-
dum beneficia sunt Sedi Apostolicæ reser-
vata, vel affecta, ita quod inferiores colla-
77 tores illa conferre non possunt, cum + re-
servatio titulum inficiat, & possessionem
propterdecreta irritans illi annexū. Put.
decis. 197. lib. 3. num. 3. & Rota decis.
1. num. 6 de restit. spol. in antiquior. ita
nec inferiores causas, in quibus agitur de
collatione Apostolica, nisi de partiu in con-
fensi cognoscere valent, quia apud Sedem
Apostolicam, quæ beneficia confert, cau-
sa est cognoscenda, & reservatio benefi-
ciorum operatur etiam reservationem
causarum, quæ sequitur reservationem be-
neficiarum congregation. concil. dicto §.
quod si, quia qui unum dicit, &
omnia dicit, quæ sequuntur ex illo,
gloss. in cap. quo jure. in ver. dicere.
2. dist.

DE POTESTATE IVRIS DICT. DE- legatæ. Cap. II.

S V M M A R I V M.

- 1. Iurisdictio delegata est duplex: à jure, vel ab humine.
- 2. Episcopi: vigore delegationis Pape in for-
ma dignum, quomodo beneficia Sedi
- 3. postolicae reservata conferant.
- 4. Mandata de providendo varijs modis olim
concedebantur.
- 4. Mandatum de providendo non habet vim
provi-

Aa

- provisionis, neque ligat manus habentis facultatem conferendi, quo minus provisio per eum postea facta valere possit.
- 6 Provisionū in forma dignū, qualū sit natura
- 7 Proviso Papa habet tacitam conditionem, videlicet, si non est alteri jus quasitum.
- 7 Decretum Papa irritans ipso jure, omnia gesta in contrarium annulle.
- 8 Possessione sua nemo est amovendus, nisi pravia citatione.
- 9 Gratia per subreptionem obtenta ipso facto est nulla.
- 10 Gratia à Sede Apostolica pluribus causis redditur nulla.
- 11 Impetratio beneficij est facienda cum expressione obtentorum, & veri valoris, ac pensionis alterius beneficij, alioquin gratia redditur nulla.
- 12 Motu proprio gratia facta redditur nulla, si non sit facta expressio eorum, de quibus fieri debet.
- 13 Clausula in mandatis Papæ apposita, dummodo ipsum ad hoc idoneum esse reperitur, sup. r quo conscientiam tuam oneramus, an pars, ut assistat examini, sit vocanda.
- 14 Actus præjudicialis fieri non potest, nisi vocata parte, de cuius præjudicio agitur.
- 15 Probatio de non jure rei non prodest agenti in beneficialibus.
- 16 Delegatus pro examine faciendo, an subdelegare possit, si in litteris sit apposita clausula conscientiam tuam onerantes.
- 17 Clausula in mandatis apponi solita, dummodo non sit alteri jus quasitum, quid operetur.
- 18 Mandato Apostolica cum clausula, dummodo non sit alteri jus quasitum, an
- in illorum executionem debeat parsitari.
- 19 Possessor, ut amoveatur sine causa cognitione, non est de intentione Principis.
- 20 Executor nunquam in beneficialibus intelligitur esse mere deputatus.
- 21 Executio in beneficialibus in duobus casibus retardari potest.
- 22 Dispensatus nunquam presumitur, nisi dispensatio probetur.
- 23 Excommunicati sunt inhabiles ad beneficia obtainenda.
- 24 Irregularis sunt inhabiles ad beneficia obtainenda.
- 25 Excommunicati non admittuntur ad audiendum.
- 26 Excommunicatus spoliatus non restituatur.
- 27 Executor litterarum in forma Breyū quomodo procedere debeat.
- 28 Excommunicari qui non potest, nisi personaliter citatur, & quomodo processus formari debeat.
- 29 Stylus Romanae curie est ubique servandus, qui facit ius. Et omnes in foro ecclesiastico secundum eundem judicantur.
- 30 Citatio per edictum ob non tutum accessum, quando sit relaxanda.
- 31 Citatus per edictum ad hoc, ut excommunicetur, quid sit probandum.
- 32 Exceptio excommunicationis incontinenti probata excludit agentem, non obstante clausula, teq; à quibusvis excommunicationis.
- 33 Excommunicatus rescriptum impetrare non potest.
- 34 Dicitio taxativa excludit omnes alios causis, præter expressos.
- 35 Excommunicatus post absolutionem restituitur



- fitatur ad iura lapsu temporis perdita.
- 36 Sententia declaratoria excommunicationis, an per appellationem suspendi possit.
- 37 Clausula, appellatione remota, quid operetur.
- 38 Clausula tu istuc attente circumspicias, que apponi solet in litteris Apostolicis beneficiorum per resignationem vacantium, quid operetur.
- 39 Bonus quilibet presumitur, nisi probetur malus.
- 40 Dolus in dubio non presumitur.
- 41 Resignatio simoniaca, quomodo sit valida in odium resignantis.
- 42 Resignans titulum, & possessionem beneficii amittit, nec ille, qui per simoniam est beneficium adeptus, illud retinere potest.
- 43 Clausula, & non alias, aliter, nec alio modo, necessitatem importat, & inducit formam;
- 44 Simonia crimen in beneficio committens est excommunicatus.
- 45 Extensio sit de persona ad personam in lege penal, ut evitentur pericula antimarum.
- 46 Simoniacorum beneficia ipso jure vacant, & possunt impetrari.
- 47 Clausula, vocatis vocandi facit executorum mistum, unde tenetur citare, & procedere judicialiter.
- 48 Beneficium conferriri non potest per privationem, nisi elapsis decem diebus, à die latæ sententie.
- 49 Appellatio an admittitur in crimine simonia.
- 50 Dispensationes quacunq; auctoritate concedenda Ordinarij illorum, qui eas impetraverint committuntur, & nihil pro illarum executione accipi potest.
- 51 Episcopi, tanquam Sedis Apostolicæ delegati, de communicationibus ultimorum voluntatum cognoscunt.
- 52 Episcopus cognoscit super litteris Apostolicis informa, si in evidentem, & ministerialibus pro occultis.
- 53 Delegati jurisdictio, ubi causa cognitionis requiritur, per solam citationem perpetuatur.
- 54 Mortuo delegante, an expiret jurisdictio.
- 55 Delegationis littera gratia, vel justitiae concessa ante diem obitus predecessoris à Papa successore convalidantur.
- 56 Delegatus in citatione facienda debet inferre tenorem rescripti.
- 57 Delegatio, an transeat in successorem.
- 58 Delegatus papa, vel alterius Principis, potest subdilegare.
- 59 Delegatus est major quocunque Ordinatio in causa delegata.
- 60 Episcopi habent jurisdictionem delegatam à lege in pluribus casibus.
- 61 Episcopi compellere possunt Abbates, & Priors monasteriorum negligentes in habenda lectione Sacra Scriptura in monasteriis, ubi commodè haberi potest.
- 62 Episcopi possunt animadvertere in Predicatores, errores aut scandalis disseminantes.
- 63 Episcoporum officium est providere, ne parochiales ecclesiae, aut alia beneficia personalem residentiam requirentia, suis debitibus obsequiis defraudentur.
- 64 Episcopi possunt animadvertere in regulares extra monasteria degentes, si delinquant.
- 65 Episcopi possunt visitare, corriger, & emendare capitula cathedralium, &c. ecclesiæ, & personas.
- 66 Episcopi possunt cognoscere contraregulares.

A 2

- lares extra monasteria degentes, ac de
civilibus causis mercedum & misera-
bilium personarum.
- 67 Episcopi tanquam Sedis Apostolicae dele-
gati, cognoscunt de subreptione, & ob-
reptione gratiarum Apostolicarum.
- 68 Episcopi possunt distributiones quotidiana-
nas constituere in collegiatis, ubi non sunt.
- 69 Episcopi possunt erigere novas parochias,
& cogere rectores ecclesiarum ad fabri
adiungendos alios sacerdotes.
- 70 Parochia nova, quando erigi possint.
- 71 Episcopi beneficiorum uniones facere possunt.
72. Episcopi illitterati, & imperitos, et ad-
iutores, aut vicarios ad tempus deputa-
re possunt cum portione fructuum, incorri-
gibilesg, punire, & beneficiu privare.
- 73 Illitterati non placent in ecclesia Dei.
- 74 Episcopi transferre possunt beneficia sim-
plicia, etiam jurispatronatus ex eccl-
esiis, quae vetustate, vel alias collapsa
sunt in alias Ecclesiis.
- 75 Episcopi, tanquam Sedis Apostolicae dele-
gati, quae visitare, & corrigere possint.
- 76 Episcopi possunt prohibere, corrigere, sta-
tuere, & providere omnia, quae ad a-
- C**um jurisdictionis potestas sit
duplex, ordinaria, & delegata, &
de ordinaria pluribus supra actum
fuerit, consonum est, ut nunc de jurisdictione
delegata agatur, quae est duplex, ab ho-
mene, vel à jure. Ab homine quae tribuitur
per litteras delegatorias, ut toto tit. de off-
deleg. A jure, quae Ordinario tribuitur à le-
ge, de qua sup. c. proximo.
- Episcopi jurisdictione delegata, ab ho-
mene conferunt beneficia per obitum, aut
per resignationem, aut per devolutionem, seu
alias quovis modo Sedi Apost. reservata va-
cantia, quando litteræ Apost. eis, in forma,
- varitiam, & ad irreverentiem spe-
ctant in missu celebrandis.
- 77 Episcopi possunt animadvertere in nota-
rios male officium suum exercentes.
- 78 Episcopi in omnibus ijs, quæ ad visitatio-
nem, & morum correctionem subdi-
ctorum suorum spectant, omnem potesta-
tem habent.
- 79 Episcopi possunt procedere contra Proto-
notarios, Comites palatinos, capellanos
regios, & alios privilegiatos, & quomodo.
- 80 Episcopi cognoscere possunt de electioni-
bus, presentationibus, nominationibus,
institutionibus, collationibus, & possessi-
onibus, ac beneficiorum traditionibus.
- 81 Episcopi possunt visitare clausuram in
omnibus monasterijs monialium, etiam
Episcopii non subjectis.
- 82 Monasteria quæ sub immediata Sedis A-
postolica protectione reguntur, quomodo
Episcopis subdi possint.
- 83 Episcopi, uti Sedis Apostolicae delegati, et
iam officiales sanctæ Inquisitionis, &
professores in aliqua Universitate ex-
emptos, ad solutionem legatorum pio-
rum compellere possunt.

dignum, diriguntur, in quibus solet appo-
ni clausula, dummodo ipsum ad hoc idoneum
esse repereris, super quo conscientia tua o-
neramus, beneficiorum auctoritate nostra
conferas, & assignes, & licet talis pro-
vizio videatur, mandatum de providen-
do, tam mandata, quæ olim concedeban-
tur, aut, quando Papa scribebat Ordinario
pro certa persona, & certo beneficio
vacatario conferendo, ut quatenus avun-
culi beneficium, quod habebat, dimittere
vellet, illud nepoti conferret, ut cap. ex par.
il. 1. de off. del. vel; quando scribebatur pro
persona incerta super beneficio certo
confide-